

*catis nostris, porroque amplificatur: non vero pro nostris solum, sed & pro totius mundi (peccatis.)*

§. II. *Subiectum coniunctis nominibus Ἰησοῦς χρεί-* SVBIE-  
CTVM.  
*σας, saepius in epistola nominatur magno cordis affectu,*  
*& singulari expressione, ut lector toties attendat, quo-*  
*ties legit. Ideo cap. I. v. 3. expresse legitur de commu-*  
*nione cum Patre, & cum Filio ipsius IESV CHRISTO. Similiter v. 7. & Sanguis IESV CHRISTI &c.*  
*HIC est, qui venit per aquam & sanguinem (nempe tam*  
*charum mihi vobisque nomen) IESVS CHRISTVS*  
*c. V, 6. 20. in quibus coniunctis nominibus Iohannes*  
*non sonum, sed rem potius atque vim cum suauissimo*  
*sono commendat. cap. II, 12. III, 23. V, 13. Nomen enim Apol. A. C.*  
*hic significat causam quæ (in iudicio diuino) allegatur, p. 79. 116.*  
*propter quam contingit salus.*

§. III. *Vocatur Ἰησοῦς (quod primum in Subiecto Ἰησοῦς.*  
*vocabulum est) propter populum suum saluum facien-*  
*dum, Matth. I, 21. Act. IV, 12. Rei ipsius effectus exten-*  
*dit se, a consummata semel propitiatione. & ex ipso illo*  
*fundamento (Ioh. XIX. v. 30.) usque ad nouissima Apoc.*  
*XXII, 16. Ego IESVS ibid. v. 21. 4. Philipp. II, 10.*  
*Ebr. II, 8. 9. IV, 8. 9. 14. VI, 20. X, 10. 13. 14. XII, 2.*  
*XIII, 8.*

§. IV. *Vocatur χριστός tum absque Articulo cum χριστός.*  
*Nomine Iesus vt h. I. & Ioh. I, 3. 7. cap. III, 23. IV, 2. 3.*  
*V, 20. tum cum Articulo o' vt Ioh. II, 22. V, 1. & 6. I*  
*Cor. III, II. Utrobique respectu Vunctionis ad triplex of-*  
*ficium Psalm. XLV, 8. Ioh. III, 34. Luc. IV, 18. Ebr. I, 9.*  
*Act. X, 38. IV, 27. IESVM, quem unxisti. LXX Vnctio-*  
*nem & expiationem (τὸ ἐξιλασσαθόν) Dan. IX, 24. con-*  
*iungunt.*